inierunt, ut in civitate pro custo_
dia quarta parte remanente tres
partes cum advenis, qui aderant
in servitio, super predictum mon_
tem percuterent existentes. un_
des surgens quidam iurisperitus
inter cetera dixit:

Viri fratres, qui ab ytalo sumpsi_
stis originem, a quo tota ytalia
esse dicitur derivata, nobilitatem
vestram respicite et antiqui loci
constantiam. dies et tempora di_
scernentes, quoniam est nunc
acceptabile tempus et dies appro_
pinquat celeriter ultionum, di_
scite quod, eclipsim passi, ha_
bemus semper oculos sub velami_
ne. nichilominus videntes as_
sidue nostri sanguinis asperso_
res pertransivimus huc usque
vitam cum nece mixtam, et
patrum nostrorum ob iram
multe anime periere, quia post
conversionem aliarum gentium